



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt ille qui non est confirmatus à baptismo nullum recipiat. xxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii, & spiritus sancti.

*Quod in baptismo, & in confirmatione, si necesse fuerit, vnus patrinus possit esse. Cap. XXIII.*

*Ex decr. Ygini pa* **I**N catechumeno, & in baptismo, & in confirmatione vnus pater potest fieri, si necessitas cogit: non est tamen consuetudo Romana, sed per singula singuli suscipiunt.

*Vt vnus patrinus, vel patrina ad suscipiendum infantem accedat. Cap. XXV.*

*Ex decr. Leons pa* **V**T non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quam vnus, siue vir, siue mulier. In confirmationibus quoque id ipsum fiat.

*S. Medardum.* *Vt ille qui non est baptizatus, vel confirmatus, a baptismo nullum recipiat. Cap. XXVI.*

*Ex concil. Mogunt.* **I**N baptismo vel in chrismate non potest alium suscipere in filiū ipse qui non est baptizatus, vel confirmatus. *cap. 2.* *Vt nullus patrinus fiat, nisi recte credat. Cap. XXVII.*

*Ex concil. Parisiensi,* **V**T nemo a sacro fonte aliquem suscipiat, nisi Orationem dominicam & Symbolum, iuxta suam linguam & intellectum teneat, & coram presbytero decantet, & intelligant omnes pactum, quod cum Deo pepigerunt.

*Vt presbyteri a patrinis requirant, si Symbolum teneant. Cap. XXVIII.*

*Ex concil. Vvomar-* **A**nnuncient presbyteri, vt neque viri, neque foeminae de sacro fonte filiolos, vel filiolas suscipiant, nisi memoriter Symbolum, & Orationem dominicam tenuerint. *cien. 4. cap. 1.* *De Symbolo octo dies ante Pascha publice in omnibus Ecclesiis recitando. Cap. XXIX.*

*Ex concil. Agathensi.* **S**ymbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis vnicuique id est, octo dies ante dominicam resurrectionem, publice in Ecclesia competentibus tradi.

*cap. 1.* *De gentilibus infirmis, si baptismum desiderat. Caput XXX.*

*Ex eodem concilio,* **G**entiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manum imponi, si fuerint ex aliqua parte honesta vita placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.

*cap. 3.* *De grauidis baptizanda. Cap. XXXI.*

*Ex concil. Neocasa.* **G**rauidam oportet baptizari, quando voluerit. Nam enim in hoc quæ parit nasceti communicat, propterea quod vniuscuiusque propositum in confessione declaratum.

*cap. 6.*